

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 De causis sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

prosperitate offerentium ex debito beneficii vel accipiendi, uel accepti: & conuenit statui proficienitū in implatione mandatorum. Et ista diuidebantur in tres partes, nam una pars incendebatur ad honorē Dei: alia pars cedebat in usum sacerdotum: tertia verò pars in usum offerentium, ad significādum, q̄ falsus hominis procedit a Deo dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsis hominibus qui salvantur. Hoc autem generaliter obseruabatur, quod sanguis, & adeps non ueniebant neque in usum sacerdotum, neque in usum offerentium, sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorē Dei, adeps uero adurebatur in igne, cuius ratio vna quidem fuit ad excludendum idolatriam. Idolatrae emibebant de lagine victimarum, & comedebant adipes, secundum illud Deuter. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant uinum libandum. Secunda ratio est ad informationem humanae uite. Prohibebat enim eis vsus sanguinis ad hoc, quod horteret humani sanguinis effusionem: unde dicitur Genes. 9. Carnem eum sanguine non comedet: sanguinem enim animalium uestrarum requiram. Eius verò adipum prohibebatur eis ad vitam laeticiam: unde dicitur Ezech. 34. Quod crassū erat occidebatur. Tertia uero ratio est propter reue rentiam diuinam, quia sanguis est maximē necessarius ad uitam, ratione cuius dicitur anima esse in sanguine, adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat: & ideo ut ostenderetur, quod a Deo nobis est & uita, & omnis bonorum sufficientia ad honorem Dei effundebatur sanguis, & adurebatur adeps. Quarta ratio est: quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius, per quam se obtulit Deo pro nobis. De hostiis autem pacificis in usum sacerdotis cedebat pectusculum, & armis dexter, ad excludendum quandam diuinationis speciem, qua vocatur spataliamanta, quia, s. in spiritu animalium immolatorū diuinabant, & similiter in osse pectoris: & iō ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam significabatur, q̄ sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad intruendū populum, quod significabatur per pectus, quod est tegumentum cordis, & etiam fortitudine ad sustentandū defectus, quae significatur per armū dextrū.

E ad ix. dicendum, quod quia holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia, ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus: nam scemina est animal imperfectum. Oblatio autem turturum, & columbarium erat propter paupertatem offerentium: quia maiora animalia offerte non poterant, & quia hostiae pacifica gratis offerebatur, & nullus eas offerte cogebatur, nisi spontaneus: ideo huiusmodi aues non offerebantur inter hostias pacificas, sed inter holocausta, & hostias pro peccato, quas quau doce oportebat offerre. Aves etiam huiusmodi propero altitudinem uolatus congruent perfectio nis holocaustorum, & etiam hostiis pro peccato, q̄a habent gemitum pro cantu.

A ad x. Dicendum, q̄ inter oīa sacrificia holocaustum erat præcipuum, quia totum comburebatur in honore Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum vero locum in sanctitate tenebat hostia p̄ pecato, quae comedebatur solū in atrio a sacerdoti bus in ipsa die sacrificii. Tertiū uero gradū tenebant hostiae pacifica pro gratiarum actione, quae comedebantur ipso die, sed ubique in Hierusalem. Quartū vero locū tehebant hostiae pacifica ex voto, quarū

A carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est rō huius ordinis, quia maximē obligatur homo Deo propter eius maiestatem: secundō propter offenditā commissam: tertio propter beneficia iam suscepta: quarto propter beneficia sperata.

Ad xi. dicendum, q̄ peccata aggrauantur ex statu peccantis, vt supra dictum est: * & ideo alia hostia mandabatur offerri pro peccato sacerdotis, & principis, uel alterius priuatae persona. Est autem attendendum, ut Rabbi Moyses dicit, q̄ quanto grauius erat peccatum, tanto vilior species animalis offerebatur pro eo. Vnde capra, q̄ est vilissimum animal, offerebatur pro idolatria, quod est grauiissimum peccatum: pro ignorātia vero sacerdotis, offerebāt vitulus: pro negligētia autem principiū, hircus.

Ad xii. Dicendum, q̄ lex in sacrificiis prouidere voluit paupertati offerentium, vt qui nō posset habere animal quadrupes, saltem offerret autem, quam qui habere non posset, saltem offerret panē, & si hūc habere nō posset, saltem offerret satīnā, vel spicas. Causa verò figuralis est, quia panis significat Chrm, qui est panis viuuus, vt dicitur Ioh. 6. Qui quidem erat sic vt in spica pro statu legis naturā in fide patrum, erat autē sicut simila in doctrina legis prophetarū: erat autem sicut panis formatus post humanitatem assumptam, coctus igne, id est, formatus Spiritu Sancto in cibano vteri Virginalis, qui etiam fuit coctus in sarcagine per labores quos in mundo sustinebat, in Cruce verò quasi in craticula adustus.

Ad xiii. Dicendum, q̄ ea quae in usum hominis veniunt de terra nascientibus uel sunt in cibum, & de eis offerebatur panis: uel sunt in potum, & de his offerebatur oleum & sal: uel sunt in cōdimentum, & de his offerebatur tus, quod est aromaticū & consolidatiuum. Per panem autem figuratur caro Christi: per uinum autem sanguis eius, per quē redempti sumus, oleum figurat gratiam Christi, sal scientiam, tus orationem.

Ad xiv. Dicendum, q̄ mel non offerebatur in sacrificiis Dei, tum quia consueuerat offerri in sacrificiis idolorum, tum etiam ad excludendam omnē carnalem dulcedinem, & voluptatē ab his qui Deo sacrificare intendunt. Fermentum verò nō offerebatur ad excludendam corruptionē putredinis: sacrificia autem Dei debent esse incorrupta, & etiā quia in sale significatur discretio sapientiae, vel etiā mortificatio carnis. Tus autem offerebatur Deo, ad designandam deuotionē mentis, quae est necessaria offerentibus, & etiam ad designandum odorem bona fama: nam tus & pingue est, & odoriferum. Et quia sacrificium zelotipie nō procedebat ex deuotione, sed magis ex suspicione, ideo in eo non offerebatur tus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum assignari possit certa ratio ceremoniarum, quae ad sacra pertinent.

A D QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod cōceremoniarum ueteris legis, quae ad sacra pertinet, sufficiens ratio assignari non possit. Dicit enim Paulus Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic cœli & terrę cum sit Dominus,

Prima Secundæ S. Tho. FF non

In lib. Dux errantium.

D. 703. 716.

QVAEST. CII.

Fnon in manufactis templis habitat. inconuenienter igitur ad cultum Dei tabernaculum, vel templū in lege veteri est institutum.

¶2 Præt. Status veteris legis non fuit immutatus nisi per Christum: sed tabernaculum designabat statū veteris legis. non ergo debuit mutari per ædificatio nem alicuius templi.

¶3 Præt. Diuina lex præcipue debet homines inducere ad diuinum cultum, sed ad augmentum diuini cultus pertinet, quod sunt multa altaria, & multa tēpla, sicut patet in noua lege. ergo videtur, quod etiā in veteri lege non debuit esse solum unum templū, aut unum tabernaculum, sed multa.

¶4 Præter. Tabernaculum, seu templum ad cultum Dei ordinabatur, sed in Deo præcipue oportet venerari unitatem & simplicitatem. non videtur igitur fuisse conueniens, ut tabernaculum, seu templum per quædam vela distingueretur.

¶5 Præt. Virtus primi mouentis, quæ est Deus, primo apparet in parte Orientis, a qua parte incipit primus motus: sed tabernaculum fuit institutum ad Dei adorationem. ergo debebat esse dispositum magis versus Orientem, quam versus Occidentem.

¶6 Præt. Exod. 20. Dominus præcepit, ut non facerent sculptrile, neque aliquam similitudinem. inconuenienter igitur in tabernaculo, vel in tēplo fuerū sculptrae imagines Cherubim. similiter etiā & arca, & propitiatorium, & candelabrum, & mensa, & duplex altare sine rationabili causa ibi fuisse videntur.

¶7 Præt. Dominus præcepit Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. & iterum: Non ascendas ad altare meum per gradus. inconuenienter igitur mandatur postmodum altare fieri de lignis auro, vel ære contextis, & tantæ altitudinis, ut ad illud nisi per gradus ascendi non possit. Dñ. n. Exo. 27. Facies altare de lignis sethim, quod habebit quinq; cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine, & operies illuc ære. & Exod. 30. o. dicis: Facies altare ad adorandum hymiamata de lignis sethim, vestiesque illud auro purissimo.

¶8 Præt. In operibus Dei nihil debet esse superfluum, quia nec in operibus naturæ aliquid superfluum innenitur, sed uni tabernaculo, vel domui sufficit unum operimentum, inconuenienter igitur tabernaculo fuerunt apposita multa tegumenta, scilicet cortina, saga cilicina, pelles arietum rubricatae, & pelles hyacinthinae.

¶9 Præt. Consecratio exterior interiore sanctitatem significat, cuius subiectum est anima. inconuenienter igitur tabernaculum, & eius uasa consecrabantur, cum essent quædam corpora inanimata.

¶10 Præt. In ps. 33. dñ. Benedic dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo: sed solemnitates instituuntur ad laudandum Deum. non ergo fuit conueniens, ut aliqui certi dies statuerentur ad solemnitates peragendas: sic igitur videtur, quod ceremonia sacrorum conuenientes causas non haberant.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 8. quod illi qui offerunt fin legem munera, exemplari, & Exod. 25. umbras deseruunt coelestium, sicut responsum est Moysi * cum consummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facio secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: sed valde rationabile est, quod imaginem coelestium repræsentat. ergo ceremonia sacrorum rationabilem causam habebant.

RESPON. Dicendum, quod totus exterior cultus Dei ad hoc præcipue ordinatur, ut hoīes Deū in re-

ARTIC. III.

uerentia habent. Habet autem hoc humana etus, ut ea quæ communia sunt, & non diffiniuntur, aliis minus reucreatur: ea verò quæ habent aliquæ excellentiæ discretionem ab aliis, magis admittuntur & reucreatur. Et inde etiam hominum cōfūrentur, ut reges & Principes, quos oportet in rentia haberi a subditis, & pretiosioribus ornentur, & etiam ampliores, & pulchriores actiones possideant. Et propter hoc oportunitas, qua specialia tempora, & speciale tabernaculum, specialia vasa, & speciales ministri ad cultum dividarentur, ut per hoc animi hominum ad mitem reuerteniam adducerentur. Similiter etiam status veteris legis, sicut dictum est, * institutus est figurandum mysterium Christi. oportet autem aliquid determinatum id, per quod aliquid fieri debet, ut scilicet eius aliquam similitudinem insenserit: & ideo oportuit aliqua specialia obiecta in his, quæ pertinent ad cultum Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cultus Dei respicit. s. Deū qui colitur, & homines colementur. Igitur Deus qui colitur, nullo corporali loco sit, unde propter ipsum non oportuit specialis tabernaculum fieri, aut templum. Sed homines, colementes corporales sunt, & propter eos oportet specialis tabernaculum, vel templum instrui ad Dei propter duo. Primum quidem, ut ad hunc locum conuenientes cū hac cogitatione, quod dicitur ad colendum Deū, cum maiori reuertenientur. Secundum, ut per dispositionem talis vel tabernaculi, significarentur aliqua periodi excellentiam diuinitatis, vel humanitatis Christi. hoc est quod Salomon dicit 3. Reg. 8. Si cœli cœlorū te capere non possunt, quanto meius haec, quam ædificavi tibi: & postea subiecti oculi tui aperti super dominū hanc, de qua dicitur nomen meum ibi, ut exaudias deprecationes tui, & populi tui Israel. Ex quo patet, quod dominus tuus non est instituta ad hoc, quod Deum cœli quasi localiter inhabitantem, sed ad hoc, quod Dei inhabitet ibi, id est, ut notitia Dei ibi manifestetur per aliqua, quæ ibi siebant, vel dicebantur, propter reuerteniam loci orationes fierentur, quæ exaudibiles ex deuotione orantium.

AD II. Dicendum, quod status veteris legis non immutatus ante Christū quantū ad implectiones, quæ facta est solum per Christum: cū tamē mutatus quantum ad conditionem populi, sub lege. Nam primum populus fuit in determinate, habens certam mansionem, postmodum autem rurunt varia bella cū finitimis gentibus. Vt in tempore David regis & Salomonis populus fuit quietissimum statum: & tunc primum ad fuit templū in loco, quem designaverat Abrahā, diuina demonstratio ad immolandum. De Gen. 22. quod Dominus mandauit Abraham, ut filium suum in holocaustum super unum monstrarero tibi: & posse dicit, quod posse lauit nomen illius loci, Dominus videret, quod dūm Dei præmissionem esset locus ille electus, cum quem elegerit dominus Deus vester, ut & offereris holocausta, & viæclimas vefras. Locus ille designari non debuit per ædificationem ante tempus prædictum propter tres reges, quas Rabbi Moses assignat. Prima est regis appropriarent tibi locum illum. Secunda est regis

* Exod. 25. in fin.

tes ipsum destruerent. Tertia vero ratio est, ne quælibet tribus vellet habere locum illum in forte sua, & propter hoc orientur lites & iurgia: & ideo non sicut adificatum templum, donec haberent regem, per quem posset huiusmodi iurgium cōpesci. Antea vero ad cultum Dei erat ordinatum tabernaculum portatile per diuersa loca, quasi non dū existente determinato loco dñini cultus. Et haec est ratio literalis diueris tabernaculi & templi. Ratio autem figuralis esse potest, quia per haec duo significatur duplex status. Per tabernaculum n. quod est mirabile, significatur status præsentis vite mutabilis. Per templum vero, quod erat fixum & stans, significatur status futuræ uitæ, quæ omnino immutabilis est: & propter hoc in adificatione templi dñi, quod non est auditus sonitus malici, vel securis, ad significandum, q̄ omnis perturbationis tumultus longè erit a statu futuro. Vel per tabernaculum significatur status ueteris legis: per templum autem a Salomonе constrūtum, status nouæ legis, unde ad constructionem tabernaculi soli Iudei sunt operari ad adificationem vero templi cooperatori sunt etiā Genes. l. Tyrii, & Sidonii.

A b illi. Dicendum, q̄ ratio unitatis templi, uel tabernaculi potest esse & literalis, & figuralis; literalis quidem est ratio ad exclamationem idolatriæ, quia Gentiles diuersis diis diuersa tempora constituebāt. & ideo, ut firmaretur in animis hominum fides unitatis diuinæ, voluit Deus, ut in uno loco tantum sibi sacrificium offerretur; & iterum ut per hoc ostenderet, q̄ corporalis cultus non propter se erat ei accepimus, & ideo compescerantur ne passim, & vbiique sacrificia offerrent. Sed eultus nouæ legis, in cuius sacrificio spiritualis gratia continetur, est secundum se Deo acceptus: & ideo multiplicatio altarium, & temporum acceptatur in noua legi. Quantum vero ad ea quæ pertinebant ad spiritualem cultū Dei, qui confundit in doctrina legis, & prophetarum, erat etiam in veteri lege diuersa loca deputata, in quibus conueniebant ad laudem Dei, quæ dicebantur synagogæ: sicut & nunc dicuntur ecclesiæ, in quibus populus Christianus ad laudem Dei congregatur. & sic Ecclesia nostra succedit in locum, & templi, & synagogæ: quia ipsum sacrificium Ecclesiæ spirituale est: unde non distinguitur apud nos locus sacrificii a loco doctrinae. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significabatur unitas ecclesiæ uel militantis, vel triumphantis.

Ad illi. Dicendum, q̄ sicut in unitate templi, uel tabernaculi repræsentabatur unitas Dei, uel unitas ecclesiæ: ita etiam in distinctione tabernaculi, uel templi repræsentabatur distinctione eorum, quæ Deo sunt subiectæ, ex quibus in Dei uenerationem conseruimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes, in unam quæ uocabatur Sancta Sancto rum, quæ erat Occidentalis: & aliam, quæ vocabatur Sancta, quæ erat Orientem. & iterum ante tabernaculum erat atrium. Hæc igitur distinctione duplum habet rationem, unam quidem secundum quod tabernaculum ordinatur ad cultum Dei. sc. n. diuersæ partes mundi in distinctione tabernaculi figurantur: nam pars illa quæ Sancta Sanctorum dicitur, figura est tabernaculum altius, quod est spiritualium substantiarum. Pars vero illa quæ dicitur Sancta, exprimit mundum corporalem: & ideo Sancta a Sanctis Sanctorum distinguens quodam uero, quod quatuor coloribus erat distinctum, per quos qua-

A tuor elementa designantur, scilicet, byssus, per quod designatur terra, quia byssus, id est, lumen de terra natura scitur: purpura, per quam significatur aqua: siebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quæ inueniuntur in mari: hyacintho, per quem significatur aer, quia habet aereum colorē, & cocco bis tintio, per quem designatur ignis. Et ideo quia materia quatuor elementorum est impedimentum, per quod uelantur nobis incorporeles substantiae, in interiori tabernaculo, id est, Sancta Sanctorum solus summus Sacerdos, & semel in anno introibat, ut designa retur, quod haec est finalis perfectio hominis, ut ad illud seculum introducatur. In tabernaculum vero exteriori, id est, in Sancta, introibant sacerdotes quotidie, non autem populus, qui solum ad atrium accedebat: quia ipsa corporalia populus percipere potest, ad interiores autem eorum rationes soli sapientes * per considerationem attingere possunt: secundum verò rationem figuralem, per exteriori tabernaculo, quod dicitur Sancta, significatur status ueteris legis, ut Apostolus dicit ad Heb. 9. quia ad illud tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia consummantes. Per interiori vero tabernaculo, quod dicitur Sancta Sanctorum, significatur vel coelestis gloria, vel etiam status spiritualis nouæ legis, quæ quædam inchoatio futuræ gloriae, in quæ statum nos Christus introduxit, quod figurabatur per hoc, q̄ summus Sacerdos semel in anno solus in Sancta Sanctorum introibat, velum autem figura bar spiritualium occultationem sacrificiorum in veteribus sacrificijs, quod velum quatuor coloribus erat ornatum, byssus quidem, ad designandam carnis puritatem: purpura autem, ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerunt pro Deo: cocco bis tintio, ad significandum charitatem geminam Dei & proximi: hyacintho autem significabatur coelestis meditationis. Ad statum autem veteris legis alter se habebat populus, & aliter sacerdotes: nam populus ipsa corporalia sacrificia considerabat, quæ in atrio officabantur: sacerdotes uero rationem sacrificiorū considerabant, habentes fidem magis explicitam de mysteriis Christi: & ideo intrabant in exteriori tabernaculo, quod etiam quædam velo distinguebatur ab atrio: quia quædam erant velata populo circa mysterium Christi, quæ sacerdotibus erant nota, non tamen erant eis plene reuelata, sicut postea in novo testamento, ut habetur Eph. 3.

Ad v. dicendum, q̄ adoratio ad Occidentem fuit introducta in lege ad excludendam idolatriam. nam omnes Gentiles in reverentiam Solis adorabant ad Orientem; unde dñ Ezecl. 8. q̄ quidam habebant dorsa contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis: unde ad hoc excludendum tabernaculum habebat Sancta Sanctorum ad Occidentem, ut versus Occidentem adorarent. Rō etiam figuralis esse potest: quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ figuratur per occasum, secundum illud Psalm. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Ad vi. dicendum, quod eorum quæ in tabernaculo cōtinebantur, ratio reddi potest & literalis, & figuralis. Literalis quidem per relationem ad cultū diuinum. Et quia dictum est, * q̄ per tabernaculum interius, quod dicebatur Sancta Sanctorum, significatur seculum altius spiritualium substantiarum, iō in illo tabernaculo tria continebantur. sc. arca testamētū.

Prima Secunda S.Th. FF 2 menti

* Alias sacerdotes.

QVAEST. CII.

ARTIC. III.

menti in qua erat verna aurea, habens manna, & virga Aaron, quae fronduerat, & tabula, in quibus erat scripta decem præcepta legis. Hæc autem arca sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: & super arcum erat quædam tabula lapidea, quæ dicebatur propitiatorium super alas Cherubim: quasi ab ipsis Cherubim portaretur, ac si imaginaretur, quod illa tabula esset sedes Dei: unde & propitiatorium dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces summi sacerdotis: & ideo quasi portabatur a Cherubim, quasi Deo obsequentiibus arca vero testamenti erat tanquam scabellum sedentis supra propitiatorium. Per hæc autem tria, designantur tria quæ sunt in illo altiori sæculo, scilicet Deus qui super omnia est, & incomprehensibilis omni creaturæ, & propter hoc nulla similitudo eius ponebatur ad representandam eius iniuitabilitatem: sed ponebatur quædam figura sedis eius, quia scilicet creatura comprehensibilis est, quæ est subiecta Deo, sicut sedes sedenti. Sunt etiam in illo altiori sæculo spirituales substantiaz, quæ Angeli dicuntur, & hi significantur per duos Cherubim, mutuo se respicientes, ad designandam concordiam eorum adiuicem, & in illud Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus. Et propter hoc etiam non sicut unus tantum Cherubim, ut designaretur multitudo cœlestium spirituum, & excluderetur cultus eorum ab his, quibus præceptum erat, ut solum unum Deum coleret. Sunt etiam in illo intelligibili sæculo rationes omnipotens eorum, quæ in hoc sæculo perficiuntur quodammodo clausæ: sicut rationes effectuum clauduntur in suis caulis, & rationes artificiarum in arte, & hoc significabatur per arcum, in qua representabantur per tria ibi contenta tria, quæ sunt potissimum in rebus humanis, scilicet sapientia, quæ representabatur per tabulas testamenti, potestas regiminis, quæ representabatur per uirgam Aaron: vita, quæ representabatur per manna, quod fuit sustentamentum vita. Vel per hæc tria, significabatur tria Dei attributa, scilicet sapientia in tabulis, potestia in uirga, bonitas in manna: tum pp dulcedinem: tum quia ex Dei misericordia est populo suo datum; & ideo in memoriam diuinæ misericordiæ conservabatur; & hæc tria etiam figurata sunt in uisione Isaiae. Videl enim Dñm sedentem super solium excelsum & eleutatum, & Seraphim assistentes, & domum impletam a gloria Dei; unde & Seraphim dicebant, Plena est omnis terra gloria eius; & sic similitudines Seraphim non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo legis præcepto, sed in signum ministerii, ut dictum est. * In exteriori uero tabernaculo, quod significabat præsens sæculum, continebantur etiam tria, scilicet altare thymiamatis, quod directè erat contra arcum; mensa autem propositionis, super quam 12. panes apponebatur, erat posita ex parte Aquilonari, candelabrum vero ex parte Australi. Quæ tria uidentur respondere tribus, quæ erant in arca clausa; sed magis manifestè eadem representabant; opertæ rationes rerum ad manifestorem demonstrationē perduci, q̄ sunt in mente diuina, & Angelorum ad hoc, quod homines sapientes eas cognoscere possint, qui significantur per sacerdotes ingrediētes tabernaculum. In candelabro igitur designabatur sicut in signo sensibili sapientia, quæ intelligibilibus uerbis exprimebatur in tabulis. Per altare uero thymiamatis, significabatur officium sacerdotum, quo rum erat populum ad Deum redūcere; & hoc etiā

significabatur per uirgam: nam in illo alterum debatur thymiamata boni odoris, per quod significabatur sanctitas populi acceptabilis Deo. Dicitur Apocal. 7. quod per fumum aromatum, significatur iustificationes sanctorum. Conveniens sacerdotalis dignitas in arca significabatur per gam, in exteriori vero tabernaculo per altare thymiamatis: quia sacerdos mediator est inter Deum & populum, regens populum per potestam suam, quam uirga significat, & fructum sui regni scilicet sanctitatem populi acceptam Deo, quasi in altari thymiamatis. Per mensam am significatur temporale nutrimentum virg, finis per manuam: sed hoc est conuenientius, & quod nutrimentum illud autem suauis, & subtiliter uenienter autem candelabrum ponebatur ex parte Australi: mensa autem ex parte Aquilonari Australis pars est dextera pars mundi: Aquilon autem sinistra, ut dicitur in 2. de coel. & mundi pientia autem pertinet ad dexteram, sicut & spiritualia bona: temporale autem nutrimentum sinistram, secundum illud Prover. 3. In initia diuinitatæ & gloria. Potestas autem sacerdotialis est, inter temporalem, & spiritualiæ sapientia per eam, & spiritualis sapientia, & temporales sicut. Potest autem & horum alia ratio, magis literalis. In arca enim continebantur leges, ad tollendam legis obliuionem: unde Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israhel: vero Aaron ponebatur ibi ad comprehendendam populi de sacerdotio Aaron: numeratur Num. 17. Refer uirgam Aaron in tabernaculo, ut referueretur in signum rebellium Israel. Manna autem conservabatur in commemmorandum beneficium, quod Dñs præstiter filiis Israhel in deserto: unde dicitur Imple gomor ex eo, & custodiatur in futura generationes, ut norint panes, quibus aliud in litudine. Candelabrum vero erat institutum a rificientiam tabernaculi: pertinet enim ad rem centiam domus, quod sit bene luminosa. Hoc autem candelabrum septem calamos, ut hoc dicit, * ad significandum septem planetas quibus mundus illuminatur: & ideo ponebatur candelabrum ex parte Australi, quia ex illa parte emobis per cursum Altare uero thymiamatis erat, ut iugiter in tabernaculo esset fumus bonorum: tum propter uenerationem tabernaculi, tum in remedium foecoris, quem oportebat accidere effusione sanguinis, & occisione animalium, quæ sunt fetida, despiciuntur quasi illa: quae sunt boni odoris, homines magis appetitantes autem apponebatur ad significandum, quod fuit templo seruientes, in templo uicimur debebant; unde duodecim panes superponentes, in memoriam duodecim tribum, foliis diversis edere licitum erat, ut habeatur Matth. 26. sa autem non ponebatur directè, in medio propitiatorium, ad excludendum ritum idolatriæ. Gentiles in sacris Luna proponebant mentem idolo Luna; unde dicitur Hie. 7. Multo spargunt adipem, ut faciant placentes regaliam. In atrio vero extra tabernaculum, cōtinebantur holocaustū, in quo offerabantur Deo omnes de his, quæ erat a populo possessa; & id in ueritate esse populus, qui huminiodi Deo offere-

nista f. 1. l.
huius ar. 5.

manus sacerdotum; sed ad interius altare, in quo ipsa deuotio, & sanctitas populi offerebatur, non potest accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum. Est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum ad remouendū cultum idolatriæ; nam Gentiles infra templo altaria constituebant ad immolandum idolis. Figuralis vero ratio omnium horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad Christum, qui figurabatur. Est autem considerandum, quod ad designandum imperfectionem legalium figurarum diversæ figure fuerunt institute in templo ad significandum Christum. Ipse enim significatur per propitiatorium, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ut dicitur prima Iohannis secundo. Et conuenienter hoc propitiatorium a Cherubim portatur: quia de eo scriptum est, Adorent eum omnes Angeli Dei, & thabetur Heb. i. Ipse etiam significatur per arcā: quia sicut arca erat constructa de lignis serith, ita corpus Christi de membris purissimis constabat. Erat autem deaurata: quia Christus fuit plenus sapientia & charitatis, quæ per aurum significatur. Intra eam autem erat urna aurca, id est, sancta anima, habens manna, id est, omnem plenitudinem sanctitatis, & diuinitatis. Erat etiam in arca virga, id est, potestas sacerdotalis: quia ipse est factus sacerdos in eternū. Erant etiam ibi tabulae testamenti ad designandum, quod ipse Christus est legis dator. Ipse etiam Christus significatur per candelabrum: quia ipse dicit, Ego sum lux mundi. Per septem lucernas, septem dona Sancti Spiritus. Ipse etiam significatur per mensam: quia ipse est spiritualis cibus, secundum Iuliu[m] Iohannis 6. Ego sum panis viuus. Duodecim enim panes significabant duodecim Apostolorum, vel doctrinam eorum. Sive per candelabrum, & mensam potest significari doctrina, & fides Ecclesia, quæ est illuminans & spiritualiter reficit. Ipse etiam Christus significatur per duplex altare, scilicet holocaustum, & thymiamatis, quia per ipsum oportet nos Deo offerre omnia virtutis opera, sive illa, quibus carmen affligimus, quæ offeruntur quasi in altari holocaustorum: sive illa, quæ maiore mentis perfectione per spiritualia perfectorum desideria Deo ostenduntur in Christo quasi in altari thymiamatis, secundum illud ad Hebreos v. vii. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo.

Ad vii. Dicendum, quod Deus præcepit altare constitutuad sacrificia, & munera offencia in honorem Dei, & suffocationem ministrorum, qui tabernaculo deseruerbant. De constructione autem altaris data est Domino duplex præceptum. Unum quidem in principio legis Exod. 20. vbi Dominus mandauit, quod sacerdentes altare de terra, uel saltu de lapidis non fecerint, & iterum quod non facerent altare excusum, ad quod oportet per gradus ascendere, & hoc ad detestandum idolatriæ cultum. Gentiles enim idolis construebant altaria ornata, & sublimata, in quibus credebat aliquid sanctitatis, & nominis esse; propter quod etiam Dominus mandauit Deuteronomio 16. Non plantabis lucum, & omanem arborem iuxta altare domini Dei tui. Idolatræ, n. conseruerunt sub arboribus sacrificare, propter amorem, & vmbrositatem. Quorum etiam præceptum ratio figuralis fuit: quia in Christo, qui est nostrum altare, debemus confiteri veram carnis natum quatum ad humanitatem, quod est altare de templa facere; & quantu[m] ad diuinitatem debemus in

A co confiteri Patris æqualitatem, quod est non ascendere per gradus ad altare. Nec etiam iuxta Christum debemus admittere doctrinam Gentilium ad lasciviam prouocantem. Sed factò tabernaculo ad honorem Dei, non erant timenda huiusmodi occasionses idolatriæ: & ideo Dominus mandauit, quod fieret altare holocaustorum de ære, quod esset omni populo conspicuum, & altare thymiamatis de auro, quod soli sacerdotes uidebant. Nec erat tanta pretiositas artis, ut per huius copiam populus ad aliquam idolatriam prouocaretur. Sed quia Exod. 20. ponitur pro ratione huius præcepti. Non ascendas per gradus ad altare meum, id quod subditur: Ne reueletur turpitudo tua, considerandum est, quod hoc etiam fuit institutum ad excludendam idolatriam. Nam in sacris Priapi sua pudenda Gentiles populo denudabant: postmodum autem indicatus est sacerdotibus foeminalium usus ad tegmen pudendorum: & ideo fine periculo institui poterat tanta altaris altitudo, ut per aliquos gradus ligneos non stantes, sed portatiles in hora sacrificii sacerdotes ad altare ascenderent, sacrificia offerentes.

Ad viii. Dicendum, quod corpus tabernaculi constabat ex quibusdam tabulis in longitudinem erectis, quæ quidem interius tegebantur quibusdam cortinis ex quatuor coloribus uariatis, scilicet, de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, eccoque bis tinctorio: sed huiusmodi cortina tegebant solum latera tabernaculi. In testo autem tabernaculi erat operimentum unum de pellibus hyacinthinis, & super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis, & desuper tertium de quibusdam sagis cilicinis, quæ non tantum operiebant testum tabernaculi, sed etiam descendebant usque ad terram, & tegebant tabulas tabernaculi exterius. Horum autem operimentorum ratio literalis in communi erat ornatus, & protæctio tabernaculi, ut in reverentia haberetur. In speciali vero secundum quosdam, per cortinas designabatur cœlum syderum, quod est diuersis stellis uariatum: per sagam aquæ, quæ sunt supra firmamentum: per pellis rubri catas, cœlum empyreum, in quo sunt Angeli: per hyacinthinas, cœlum Sanctæ Trinitatis. Figuralis autem ratio horum est, quia per tabulas, ex quibus construebatur tabernaculum, significantur Christi fideles, ex quibus constructur Ecclesia. Tegebantur autem interius tabulae cortinis quatuor coloribus: quia fideles interius ornantur quatuor uirtutibus: nam in bysso retorta, ut glossa dicit, significatur caro castitate renitens: in hyacintho, mens superna cupiens: in purpura, caro passionibus subiacens: in ecco bis tinctorio, mens inter passiones Dei, & proximi dilectione præfulgens. Per operimenta vero recti designantur prælati, & Doctores, in quibus debet renitente cœlestis cōueratio, quod significatur per pellis hyacinthinas; præpitudo ad martyrium, quod significant pellis rubricata; austerioritas uitæ, & toleranda aduersorum, quod significatur per sagam clivicinam, quæ erant expedita uentis & pluviis ut glossa dicit.*

Ad ix. Dicendum, quod sanctificatio tabernaculi, & vasorum eius habebat causam literalem, ut in maiori reverentia haberetur, quasi per hunc consecrationem diuino cultui deputatum. Figuralis autem ratio est, quia per huiusmodi sanctificationē significatur spiritualis sanctificatio uiuentis tabernaculi, scilicet, fulgium, ex quibus constituitur ecclesia Christi.

Ad x. Dicendum, quod in veteri lege erant septem

Prima Secunda S. Tho. FF 3 lo-

De operi
mens ta
bernaculi.

Glossa ordin.
Exod. 26. Et
dicitur esse
Bede.

Glossa ordin.
Ioco nunc di
Exo.
De festiuita
tibus, & so
lennitatis bus
varius.

QVAEST. CII.

ARTIC. V.

solemnitates temporales, & una continua, ut possit colligi. Num. 28. & 29. Erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane, & vespere immolabatur agnus. & per illud continuum festum iugis sacrificii representabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Festorum autem temporalium primū erat, quod iterabatur quilibet septimana: & hac erat solemnitas sabbathi, quod celebrabatur in memoria creationis rerum, ut supra dictum est. * ¶ 100. art. 5.

Alia autem solemnitas iterabatur quilibet mense, scilicet festum Neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandum opus diuinae gubernationis. Nam hæc inferiora præcipue variantur secundum motum Lunæ: & ideo celebrabatur hoc festum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine, ad evitandum idolatratus cultum, qui in tali tempore Lunæ sacrificabant. Hæc duo beneficia sunt communia toti humano generi, & ideo frequenter iterabantur alia uero quinque festa celebrabantur semel in anno, & recolabantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur n. festum Phœbe primo mense ad cōmemorandum liberationis beneficii ex Aegypto. Celebrabatur autem festum Pentecostes post quinquaginta dies, ad recolendum beneficium legis dærae: alia vero tria festa celebrabantur in mense septimo, qui qualibet totus apud eos erat solemnis, sicut & septimus dies. In prima enim die mensis septimi erat festum tubarū, in memoriam liberationis Iсаac, quando Abraham inuenit arietē harentē cornibus, quæ representabant per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarū, quasi quedam initatio, ut præparent se ad sequens festum, quod celebrabatur decimo die: & hoc erat festum expiationis in memoriam illius beneficij, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moyi. Post hoc autem celebrabatur festū scenopegiæ, id est, tabernaculorum septem diebus, ad cōmemorandum beneficium diuinae protectionis, & deductionis per deseruum ubi in tabernaculis habitauerunt: unde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, id est, citrum & lignum densatum frondi, id est, myrrhū, quæ sunt odorifera, & spatulas palmarū, & salices de torrente, quæ diu retinent suum uirorem: & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum, quod per aridam terram deserti eos duixerat Deus ad terram deliciosam. Octauò autem die celebrabatur aliud festum, sc̄ coetus atque collectæ, in quo colligebant a populo ea, quæ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax præfita in terra promissionis. Figuralis autem ratio horum festorum est, quia per iuge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, sicut illud Hebr. ultim. Iesus Christi heri & hodie, ipse & in secula. Per sabbathū autem designatur spiritualis requies nobis data per Christum, ut habetur ad Hebrew. 4. Per Neomeniam autem, quæ est intensio noctis Lunæ, significatur illuminatio primitiæ ecclesiæ per Christum eo prædicante, & miracula faciente. Per festū autem Pentecostes significatur descentus Spiritus sancti in Apostolos. Per festum autem tubarū significatur prædicatio Apostolorū. Per festū autem expiationis significatur emundatio a peccatis populi Christiani. Per festum autem tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per festū autem coetus atque collectæ significatur cōgregatio fidei.

lium in regno coelorum: & ideo istud festum dicitur sanctissimum esse. Et hac tria festa erant noua adiuncta: quia oportet expiatos a uirtutem cere in uirtute, quousque perueniant ad Deum, ut dicitur in Psalm. 83.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacramentorum veteris legis conuenient causa esse possit.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, sacramentorum veteris legis conuenient causa esse non possit. Ea enim quæ ad cultum diuinum fiunt, non debent esse similia his, quæ idolatria seruabantur: unde dicitur Deuter. 22. Non facies liter Domino Deo tuo: omnes enim ab omnibus quibus aduersatur Dominus, fecerunt dñs sed cultores idolorum in cultu eorum cultus fieri debant usque ad effusione sanguinis. Dicitur et 3. Reg. 18. quod incidebant & iuxta titum suum & lanceolis, donec perfunderentur tangere propter quod Dominus mandauit Deuter. 14. Uos incidetis, nec facietis calixum superiorum quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo electus, ut lis ei in populum peculiarem de gentibus, qui sunt &c. Inconuenienter igitur cito erat instituta in lege.

¶ 2 Præte. Ea quæ in cultum diuinum fiunt, honestatem, & grauitatem habere, sicut illud 3. 4. In populo graui laudabo te: sed ad levitatem pertinere videtur, ut homines festinantes inconuenienter igitur præceptum efficiunt. vt comedentes festinanter agnū paschalem, etiam circa eius coemtionem sunt inhibiti, videntur omnino irrationalia esse.

¶ 3 Præte. Sacra menta veteris legis figura sunt sacramentorum novæ legis: sed per agnum præfiguratur sacramentum Eucharistia, sicut illud 1. ad Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus Christus, ergo etiam debuerunt esse aliqua facta in lege, quæ præfigurarent alia sacramenta legis, sicut confirmationem, & extremam unum, & matrimonium, & alia sacramenta.

¶ 4 Præte. Purificatio non potest inconuenienter nisi ab aliquibus immundis: sed quantum ad Deum corporale reputatur immundus, quia omnipotens creatura Dei est, & omnis creatura Dei bona nihil reiciendum quod cum gratiarum actione cipitur, ut diei 1. ad Timot. 4. inconvenientur purificabuntur propter contractū hominum tui, vel pp alicuius stultusmodi corporalis infestationis.

¶ 5 Præte. Eccles. 3. 4. dicitur, Ab immundo quod dabatur, sed cuius uitula rufe, quæ comburebat immundus erat, quia immundus reddebat. Non enim Num. 19. quo dñsacerdos qui immobilius commaculatus erat, usque ad vesperum. Similiter & ille qui cam comburebat, & etiam ille qui quæneres colligebat, ergo inconuenienter prædicti ibi fuit, ut per huiusmodi cinerem ibi aperire mundi purificarentur.

¶ 6 Præte. Peccata non sunt aliquid corporale, sed deferti de loco ad locum, neq; etiam per aliquid mundum potest homo a peccato mundari, inconuenienter igitur ad expiationem peccatorum præcerdos super unū hircorum cōfitebatur peccatum Israel, ut portaret ea in desertum per alium.